Oberitalien, 1. Hälfte 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et qui laudis et iubilationis non immolat holocaustum. Nunc enim est sabbatum requiemis. in quo ab omni iniquitate et quiescere et cessare debemus. Ne igitur sabbatum a uespere usque ad uespere celebremus et usque in finem usque in ultimum diem ab omni malo pseuerem. Quid est enim a uespere usque ad uespere nisi a primo usque ad secundum xpi aduentum. xpi namque natiuitas sexte etatis finis et uespere et septime mane et principium fuit. Hec autem etas similiter cum hoc mundo uespere et finem habebit. Hucusque de die de cimo nunc de quintodecimo iudeamus.

Quintodecimo die mensis huius septimi erit feste tabernaculorum septem dierum domino. Dies primus uocabitur celeberrimus atque sanctissimus. offerens holocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in eo. et septem dierum offerens holocausta domino. Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus. et offerens holocaustum domino. et At enim octus atque collectus omne opus seruile non facietis in eo. Omnis enim in uerbis differant in significatione tamen et hec et superiora eadem sunt. Prima namque die mensis huius tubis clangebant qa in principio huius etatis maior uox predicatorum ubique terrarum insonuit. De hac enim die scriptum est Canite in initio mensis tuba in die insigni solemitatis uestre. Decima uero die illa magna festiuitas agebatur in qua solus pontifex non sine sanguine ad expiandum populum ingrediebatur sancta sanctorum. At uero quintadecima die eiusdem mensis erat festiuitas tabernaculorum in qua filii israel habitabant in tabernaculis septem dierum. Hec autem omnia quid aliud significant nisi qua nos in hac septimo mense in hac ultima etate cordis tuba deum laudare corpus et animam a peccatis omnibus expiare et in eorum tabernaculis septem dierum idest omnium temporum quiete habitare et deo fruire debeamus. Hec sunt enim illa tabernacula de quibus psalmista dicit Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum concupiuit et deficit anima mea in atria domini. Huius autem solemnitatis primus dies et octauus celeberrimi sunt in quibus seruile opus et peccatis obnoxium agere non licet sed laudis semper deo. idest in tubis labiorum confitentium nomini eius. Sed quare pre ceteris primus et octauus dies sunt celeberrimi. nisi qa in principio fidei apli et martires et dameriunt. et in ultimus dierum iudei pauperes et gentiles cognita unitate ad fidem conuerte.

Unde et octauus dies octus et collectionis dies iucatur quam maxime octus sororum tunc in ecclesia geritur.

Sumentesque uobis die primo fructus arborum pulcherrime spatulasque palmarum et ramos ligni dempsarum frondium et salices de torrente et letabimini coram domino deo uestro. Celebratisque solemnitate septem dierum pannum Quod enim phanc arbore pulcherrima eiusque fructus nisi hoc quod psalmista loquitur dicens. Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo. Et reuera pulcherrima arbor ipse dominus et cui fructus dulcissimos et suauissimos primo die et statim in uero nascentis ecclesie principio sancti apli collegerunt. De quibus psalmista. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et fauum ori meo. Per spatulas autem palmarum et ramos ligni dempsarum frondium et salices de torrente quibus sororum uerba sunt et exempla intelligi possint hic tamen nos intelligere sufficiat quod ex hijs umbracula fiebant quibus a solis ardore hoies tuebantur. Quid enim sic a solis ardore et a superuenientes aduersitate nos defendit ut sororum consolatoria uerba et exempla. Unde apls aut Quecumque inquit scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Hec autem de festiuitatibus breuiter nos diuisse sufficiat. Sequitur autem de oleo purissimo quo in lucernis super candelabrum ponebat aaron a uespere usque mane coram domino Dehoc enim satis in exodo diximus. Candelabrum enim ipse est. cuius lucerne cum oleo septem gratie spiritus sancti intelliguntur. quibus totus ecclesie tabernaculum illuminatur. Sequitur.

Capies quoque similam et coques ex ea duodecim panes qui singuli habebunt decimas decimas. quorum senos super mensam purissimam altrinsecus statues coram domino. et pone super eos thus lucidissimum ut sit panis in monimentum oblationis domini per singulas sabbata mutabuntur coram domino suscepti a filijs israel federe sempiterno. Erunt que aaron et filiorum eius ut comedant eos in loco sancto Hec enim simila sacre legis scriptura et sancta est. De qua duodecim panes idest apliorum duodecim predicationes et sermones coci et compositi sunt. Quos illi duodecim cophini bene significant qui de quinque panum fragmentis in euangelio implentur. Habet